

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Venia ad  
cum fonte primo

Dimittenda sunt debita  
non pecuniae solum,  
sed causarum, culparum,  
criminum. Quicquid homo incurrere  
potest, in hiis tibi cum incurrerit  
alter ignosce. Fides peccati  
sui veniam petit qui peccanti  
libenter ignoscit.

Idem (Petrus Rauennas) sermone LXVII.

Dimittenda sunt autem, fratres, debita  
non pecuniae solum,  
sed omnium causarum, culparum,  
criminum. Quicquid, homo, incurrere  
poteris, in his tibi cum incurrerit  
alter ignosce. Fides peccati  
sui petit veniam, qui peccanti  
libenter ignoscit.

Petrus Chrysologus, *Collectio*  
*sermonum*, 68, 8 (CCSL 24A, A. Olivari  
ed., p.410, ll.94-98).